

Folio 5: „tamen Deus misericors non agit hic cum homine ut cum trunco“<sup>68</sup>

Quamquam non agit Deus cum homine ut cum trunco – nam oportet hominem adesse et ad praedicationem legis ex Spiritu sancto primum perterrefieri magnitudine peccati et intuitu horreni iudicii Dei, deinde ad praedicationem euangelii ex eodem Spiritu sancto non solum credere scripturis sanctis et assentiri promissionibus diuinis, sed etiam firma fiducia misericordiam Dei propter mediatorem Christum apprehendere et sic consequi gratuitam remissionem peccatorum, imputationem iustitiae et vitam aeternam per fidem –, tamen etiam hoc verum est, quod Christus inquit: „Nemo venit ad me, nisi pater meus traxerit illum“<sup>69</sup> et quod Paulus dicit: „Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei“,<sup>70</sup> cuius est et velle et perficere salutem nostram, si non sine nobis – ut Augustinus inquit: „Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te“<sup>71</sup> –, tamen sine nostra iustitia, charitate, virtutibus, officiis et exercitiis, quae non ingrediuntur iustificationem, sed fidem [93:] in iustificatis ut fructus a tergo sequuntur. Porro si debet homo volens trahi,<sup>72</sup> non erit voluntas liberi arbitrii, sed formata a Spiritu sancto per vocale verbum legis et euangelii. Ideo deprecamur in oratione dominica nostram voluntatem et Dei voluntatem in nobis fieri petimus. Philipp. II: „Deus est, qui efficit, ut velitis“.<sup>73</sup> Id. liber ipse testatur hoc loco, cum inquit: „Nisi praeueniente gratia Dei mens eius atque voluntas moueatur ad detestationem peccati“,<sup>74</sup> ubi exponit, quid sit trahere volentem, id est, motum a Spiritu sancto.

<sup>68</sup> Augsburger Interim VI, 49; Augsburger Interim (Ulhart), B 4v. Um diese Aussage des Augsburger Interims entspann sich in den Jahren 1555–1560/1 der sog. Synergistische Streit um die Mitwirkung des Menschen bei seiner Bekehrung. Vgl. hierzu den Bd. 5 unserer Reihe „Controversia et Confessio“.

<sup>69</sup> Joh 6,44.

<sup>70</sup> Röm 9,16.

<sup>71</sup> Augustin, Sermo CLXIX, 11, 13, in: PL 38, 923: „qui ergo fecit te sine te, non te iustificat sine te.“ Die hier zitierte Form des Zitats ist die im Mittelalter gängige. Vgl. Thomas von Aquin, Summa theologiae. Prima secundae, q. 55, art. 4, arg. 6, in: Thomas von Aquin, Summa theologiae. Pars prima et prima secundae, hg. v. Petro Caramello, Turin 1952, 241: „qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te.“

<sup>72</sup> Vgl. Philipp Melancthon, Loci praecipui theologici (1559), in: CR 21, 658 (MWA 2/1, 243,14–17): „Cumque ordimur a verbo, hic concurrunt tres causae bonae actionis, verbum Dei, Spiritus sanctus et humana voluntas assentiens nec repugnans verbo Dei.“ Melancthon stützt sich bei dieser erstmals in der tertia aetas seiner Loci vorgetragenen Aussage auf die altkirchliche Tradition: Gregor von Nazianz, Oratio XXXVII, in: PG 36, 297; Johannes Chrysostomos, In Joannem homilia X. XLV. XLVI. LI, in: PG 59, 73. 254. Vgl. Philipp Melancthon, Loci praecipui theologici (1559), in: CR 21, 658 (MWA 2/1, 244,1–7).

<sup>73</sup> Phil 2,13.

<sup>74</sup> Augsburger Interim VI, 49; Augsburger Interim (Ulhart), B 4v.